FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Heinrich Ludwig Lütgert.

Lütgert, Heinrich Ludwig

Halle (Saale), 18.01.1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-210550

Visual Library

Henricus Ludovicus Lütgert

Natus Isselhorsti (pagus est Bilefeldae imminens in comitatu Ravensbergensi) anno cIↃIↃCXCII d. 10 Febr: patre Conrado Lütgert, qui tenuem in patria mercaturam exercet; matre Margaretha Aghete Hirpii Ludoviciana. Primos 12 annos sub speciali parentum meorum cura domi transegi; qui etiam maturo tempore Isselhorstensium animarum pastori, qui tum temporis quoque ludimagistri munere fungebatur, formandum erudiendumque me tradiderunt. Prima vix elementa perceperam, cum primo iste praeceptor meus diem suum obiret. Hoc igitur vita defuncto, Bilefeldam missus sum, ut quae coeperam continuarem, verum exoptatos in Bilefeldensium gymnasio progressus non feci, vel turpi & non satis deploranda morum corruptione, quae in plerisque Westphalorum scholis grassatur; vel ipsorum praeceptorum incuria eos impediente. Factum vero est, qua Dei fuit providentia, ut cognatus meus dilectissimus Dnus Henr: Christ. Wesselmannus, cum Hala ad nos reverteretur, eam mihi puerorum educationem, quae Glauchae per Dei gratiam viget floretque, commendaret; hujus ergo fruendae desiderio incitatus parentes meos, qui in eam rem consentire nescio quas ob caussas constanter renuebant, tamdiu precibus defatigavi, donec Halam me mittere decreverunt. Accessi igitur 1705 d. 22 Aug. comite Dn. Wesselm. et scholae Lat. orphanotr. praeceptoribus traditus sum, sicque illis, imprimis Dn. Rect. Carstedio, Wesselmanno, M. Grubero facem mihi praeferentibus, ad litterarum studia incubui. Cumque illi anno 1710 e schola ad academiam me dimittendum censerent,

autor mihi erat Dominus Weſſelmannus, ut ob valetudinis imbecillitatem ex hoc loco prius diſcederem, quam academica ſtudia aggrederer. Höſingam autem prope Helmſtadium divina me providentia deduxit, ubi Dnus Niemeyerus Paſtor eccleſiæ, vir pius filium ſuum natu minimum inſtituendum commiſit menſe Octobr: anni 1710.

Anno autem 1711 ſimulac convaluerā ex morbo ſatis periculoſo, Halam denuo me contuli, nomenque meum albo ſtudioſorum, dedi Pro-Rectore D. Stahlio menſe Aprili. Heic etiam Deus victo meo ſuſtentando clementiſſime proſpexit, dum anno 1711 menſe Septembri in numerum membrorum menſæ ordinar: ſingulari Rev: Dni Profeſſoris Franckii, (quem meum inprimis fautorem et patronum agnoſco, et agnoſcam, dum vivo) beneficio, benevolentiaque relatus ſum, cui ipſe Deus pro his et aliis beneficiis ſit remunerator.

Datum Halæ 1712
d 18 Januar:

abiit in patriam
die ultimo Jan. 1715.

Franckesche Stiftungen zu Halle